

*Diploma Casimiri Poloniae Regis quo ipse nullum
sibi in Silesiam Jus fuisse nec superesse confitetur*

Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracovie Sandomi-
ni Siadiaz Lanticie, Cujavia, Pomeranieque Dominus et heres uni-
versis presentes litteras inspecturis salutem et notitiam subscripto-
rum. Salus vita et perennis tranquillitas benedictio pacis irradiata
claris fulgoribus per Orbis clarius resulet. Climata, dum Regionem
Subditis et Terrarum Incolis providetur de Communi et inter Prin-
ces desiderata gratie Unio ac indissolubilis charitatis federa gra-
tiorius amplexantur cum ita sicut Statu precedentium tempo-
rum demonstrat inter magnificos Principes Dominos Joannem Bo-
emia Regem et Carolum ipsius primogenitum Marchionem Mora-
vie. Illustres fratres nostros charissimos ac progenitores et predecesso-
res ipsorum parte ex una, nosque ac progenitores nostros parte
ex altera nonnullis seductionibus afflictiones et multiplices calamitates
cedesque personarum ac rerum hinc inde per tempora agitata noscum-
tur ac damna perpetrata propter quae et Regionum et terrarum guber-
nacula utroque gravia pertulere dispendia et jacturas innumeras
quotidie habuerunt: nosque his tot et tantis cupientes saluti ferre ob-
viare periculis, et eis finem imponere salutarem affectantes, attentis af-
fectibus cum jam dictis Dominis Rege et Marchione firmam ac perpe-
tuam amicitiae gratiam ac fraternae dilectionis Vinculum inestraga-
biliter colligare in hac votis eorum et nostris satisficientes libenti
animo recognovimus dicimus et publice protestamur: nos in
magnificis Principibus Dominis Ducibus Boleslao dignicensi et
Bregensi, Henrico Saganensi et Cracoviensi, Conradus Olmicensi, Joann-
ne Stinavienzi et alia Ducibus, nec non Bolllone opoliensi, Bolllone
de Falemburg, Alberto de Strelitz, Voladislao Teschinensi Ducibus, Vla-
dislao Goleni et Pitumienzi, Wenceslao Principe ellavie Dominum in
Plock, Leslone Ratiboni et Joanne Oppavienzi Ducibus et Vasallis
eorum cum ipsorum Ducatibus et Dominis terris Districibus, juris-
dictionibus pertinentijs metis appendijs limitibus antiquis quibus-
cunque nec non Civitatibus Wratislavia et Glogovia cum Districibus
limitibus finibus et pertinentijs eorum universis, nullum jus proprietas
tenus vel Dominium possessionem aut titulum habere, aut habuisse
competere vel complisse, aliqua in ejusdem promittentes ipsos Do-

minos

H

Domino Regem et Marchionem aut heredes coheredes vel Successores
eorum super prenominate Ducibus aut Ducatibus eorum seu etiam Ciri-
tatibus Wratislaviensi et Glogoviensi cum pertinentiis suis pro nos vel
heredes coheredes et Successores nostros aut alios quoscunque nullo un-
quam tempore impedire molestare vel impetere nec Duces ac Ducatus
ipsos et ipsorum pertinentias nobis aut heredibus nostris vendica-
bimus aut etiam assumemus in ipsorum Regis Marchionis vel
heredum eorum prejudicium vel gravamen: quoniam imo placet nobis
et optime facimus eis in eisdem renuntiantes insuper et cedon-
tes pro nobis et heredibus coheredibus et Successoribus nostris omni
juri actioni questionum proprietati et titulo in perpetuum si qua
nobis aut heredibus vel Successoribus nostris competebant competi-
rent vel competere possent quomodolibet in futurum, promitten-
tes etiam sub fide prestiti juramenti, factis sacrosanctis Evan-
gelis et nihilominus sub pena excommunicationis prolatæ Sen-
tentia contra hanc nostram renuntiationem cessionem et
promissionem aliqua actione, impetitione suggestionem, studio
ingenio Jure facto atque Verbo nequaquam venire nos obstanti-
bus aliquibus pactis pactationibus, munimentis Indulgentiis Pri-
vilegiis vel literis Apostolicis Imperialibus vel alijs quibuscun-
que scripturis impetratis seu impetrandis in posterum, nec non
Juribus quibuscunque tam juris Canonici quam Civilis aut etiam
municipalis sub quacunque forma verborum et prolatione conce-
ptis vel in posterum concipiendis et etiam talia forent in
quibus de verbo ad verbum specialiter et expressam deberet fi-
eri mentionem: Quae omnia et singula et quolibet eorum casu
et irrita vacua inania esse et intelligi volumus nulliusque
fore efficacie prout et momenti: ipsius etiam ex certa no-
stra sententia per omnia derogamus In quorum Testimo-
nium omnium atque robur perpetuum presentes scribi
fecimus: et nostrum Sigillum munimine roborari. Da-
tum Cracovie in Octava purificationis B. Marye Vir-
ginis Anno Domini MCCCXLIX.